



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

20. Theopompus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Critias.

CAPVT XIX.

NON obscuri quoque nominis inter veteres sophistas a Critias, qui in graui genere dicendi exercitissimus fuit. Nec tames grauitatem verbis poetiis, aut dithyrambis metiebatur, sed vocabulis maximè proprijs, vt natura postulat, concinnabar orationem. Insigni b præterea breuitate, & magna Atticisni temperie loquutus, nihil habet insolens, aut ineptū. Huic Theopompum, licet Platonis, atq; etiam Isocratis ætate inferiorem, tamen, quia ita cōmiseri solent, subiungemus.

N. N.

a Memini huius Critia multis in locis Dion. Halic. carn. maximè verò in Iseo, ubi numerat eum inter σκωπῶν ἀτκέντας ῥητορικῶν, p. III. edit. Francofurt. b Ab Hermogene iudicatur. σκωπῶν ἔτι μὲν ἔτι πρὸς ἄλλοις.

Theopompus.

CAPVT XX.

Theopompus hic habet, vt notat Dionysius πολυμῆθον ἄνδρα ἄριστον ἐν τῇ κρίσει, & varia eruditionis supellestis, in epist. ad Pompeium. Theopompus contra Longini censuram defensus.

HERODOTO, & THUCIDIDI proximus Theopompus, Isocratis discipulus, qui, vt in historia prædictis, minor, ita Oratori magis similis. Dictionem habet liquidam, communem, perspicuam, Isocrati haud dissimilem, & vt ait Cicero in Bruto, Philisti, & Thucididis concisus sententijs, interdum etiam non satis apertis, cum breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus, elatione, atq; altitudine orationis suæ. Dionysius Longinus mordax Criticus eum irridet, quod vbi dona regi Persarum, ab Asiaticis oblata commemorat, post stragulam vestem, purpuram, tabernacula aurea, peristromata, emblemata, carnes etiam victimarum fallas, regi oblatas, ad alendum exercitum commemorat. Debat, inquit, ista minuta, aut omittere, aut in initio collocare, vt à minoribus ad maiora ascenderet: sed in eo frigidus est, & frustra mordax Longinus. Erat enim fidelis historici, & prudentis, post opulenta principum dona, tenuiorum quoque in colendo rege studia commemorat, & rem, vt gesta est, describere; quod si tantoperè petasofonem auersatur, quin Homerum suum numen reprehendit, qui tam simpliciter rem eoquinariam à principibus obitam describit, & quid hoc est,

νὴ μάλιστα, quod insectatur in Theopompo φαντασία est.

Philistus.

CAPVT XXI.

THUCIDIDEM quoque consecutus est Syracusius Philistus, doctus homo & diligens, qui cum Dion. tyranni familiarissimus esset, orium suum consumpsit in historia scribenda. Cui vt Thucididi amatores desunt, Halic. in eo ἀταξία καὶ ἀκρίβεια, καὶ ὑπερβολὴ τῶν πραγμάτων reprehendit. a Habet hic characterem τραγῶδου, καὶ ποικίλον, καὶ ἰσοτόνον, καὶ ἐναγῶγιον.

Plato.

CAPVT XXII.

CONsurge altius, eloquentia, Platonem video, qui dicendi maiestate, assurrexit supra id omne, quod humanum est. Is est, in cuius ore mellificarunt apes, cecinerunt Luscinia, Suda selsitauit. Parum est quod dico, Iupiter si græcè loqui voluisset, Platonis ore loquutus fuisset.

Atque, vt ille in cœli sedens vertice, Deos, Deasque omnes è catena aurea pendentis, ad se nullò negotio, vel reluctantes pertrahit: ita hic profectò quotquot fuerunt oratores, quotquot sentiendi, dicendiq; magistri, sapientia, grauitate, prudentia, & suauitate superauit. Genus dicendi sublime, excelsum, admirabile; aquilam diceres, quæ supra niues, pluias, & grandines, supra nubes, & tonitrua, & supra id omne, quod mortale est, pennarum remigijs erecta, in illo puriori æthere suspensa conquiescit, & nunc solem defixis intuetur oculis, nunc ad Iouis alludit fulmina. Ratio dicendi facunda, dulcis, amœna, veneribus depluens, flumen lacteum diceres labi sine murmure, & in tuas aures, in ora, in intima pectora suauiter inundare. Salue igitur Heros, quem vulgari ore laudare pene piaculum est; in te, quod in Deorum simulacris, facit eloquentia; quorum vbi capita floribus redimiri non possunt, corona statuitur ad pedes: Tū cum tuarum virtutum maiestate omne fastigium humanum excesseris, patere tibi, corollas istas, & stoculos ad pedes fundi, vel potius nos iube impresso ori digito silere, & mitari, modò tui Aristotelis monumentum hoc habeas.

Ἡρόδοτος